MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM
15. Jh. Seite 102r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



Nam machometi lex et doctrina ex ore tuo procedit
et iussit eum in pulchro palacio collocare et expan
dens coram eo aurum et argentum lapides preciosas
et margaritas dicens Ecce os de qua tanta lex
procedit et doctrina decet talia preciosa manducare Et
calipho itaque clausus in pallacio die duodecima
fame mortuus est inuentus Et post ea verus calipha
successor machometi non surrexit in baldach usque
in presentem diem nunc Imperator tartharorum dominum
habet in baldach sed habitatores sunt sarracenii sub mag
no tributo viuentes Multa in partibus istis audiui
et legi de baldach mendacia nam in partibus istis
dixerunt valde breuiter et in scriptis habuerunt qualiter
rex baldach scripsisset ad dominos de partibus et inuitasset
et rogasset eos in baldach ad hastiludia et tornea
menta quod valde falsum est Nam non est aliquis
homo qui recordetur in baldach unquam fuisse has
tiludia et tornamenta nam aliis insistunt et intendunt
Susis ciuitas Prope baldach ad iiij^or dietas est
alia ciuitas que olim susas vocabatur in qua regnauit
assuerus et illa ciuitas que olim susis dicebatur
nunc thauris vocatur In hac ciuitate est arbor ari
da de qua dicitur quod imperator romanorum in ea clipeum
suum pendere debeat In hac ciuitate dicunt incole